



tiffine Petre reliquisse? Arundinem, retia, vniuersumq; piscatorum artificium? Hec tu vocas omnia? Quomodo ergo tanquam de magna re dicis te reliquisse omnia?

10. Respondeo. Primò ad quæstionem cum communi sanctorum Patrum sententia, quòd Petrus tanquam de mirabili negotio dicit, reliquimus omnia: quia non solum reliquit vniuersa sua, sed etiam affectum, amorem, ac voluntatem habendi, multum autem apud Deum relinquit, qui etsi pauca possideat, habendi tamen desiderium dimittit. D. Gregorius homil. 5. in Euangel. Affectum, ait, debemus potius in hac re pensare, quam censuram. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit; multum reliquit, qui quantumlibet parum, totum deseruit. Certe nos, & habita cum amore possidemus, & ea, que minime habemus, ex desiderio querimus. Multum ergo Petrus, & Andreas dimiserunt, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit.

Theophyl. Theophylactus: Tametsi, ait, videatur Petrus non dimisisse magna aliqua, utpote pauper: sed disce, quod re ipsa multum etiam ipse reliquit. Etenim & paruularum rerum magna tenemur affectione, sed & omnes voluptates Petrus reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Ille enim affectiones non solum contra diuites, sed etiam pauperes militans. Tanto affectu, ac amore tenetur pauper ad suam rem exiguam, ac diues ad suam magnarum rerum amplitudinem, à quorum voluntate exuti sunt Apostoli, ut ait D. Antiochen. homil. 113. similiter Beda, S. Thom. Albertus, & alij.

21. Vidi Iesus quandam viduam pauperulam mitentem era minima duo. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hac pauper plus omnibus misit, Luc. 21. n. 2. Quomodo in tam parua pecunia oblata plus omnibus? Nonne plus Anania, & Saphira ex pretio agri venditi posuerunt ad pedes Apostolorum? Quomodo plus omnibus vidua illa attulit? Anania, & Saphira sic dederunt partem pretij ex agro, ut aliam sibi reseruant, Actorum 5. num. 2. At verò vidua sic dedit duo æta minuta, ut simul ei offerret voluntatem dandi totum, quod habebat, nullumque affectum sibi aliquid retinendi reseruauit. Euthymius; Etsi, ait, pauper erat possessionibus, diues tamen animo ostenditur, ideo Saluator, qui non donum ponderat, sed voluntatem plus omnibus misisse dicitur.

22. Secundò. Origenes homil. 9. in Matth. Etsi minima, ait, & contemptibilia Petrus cum fratre suo reliquerit, quando relictis retibus secuti sunt eum: sed non minima sunt astimata apud Deum considerantem, quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt, ut etiam si multas habuissent possessiones, omnia sine dubio reliquissent, nec ab eis illo modo retenti fuissent ab impetu dilectionis huiusmodi. Et puto, quod magis confidens Petrus de affectu suo, quam de qualitate rerum relictarum, dixit: Ecce nos reliquimus omnia. Minima illa sua reliquerunt Petrus, & Andreas, ex multa tamen dilectione erga Deum. Ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt. Magni autem apud Deum est meriti minimum quodlibet opus, dum modo magno erga eum amore, & charitate compleatur. Deinde Apostoli sic minima dimiserunt, vt in illis minimis ingentem voluntatem probarent, qua se volebant pro Christo ab omnibus, que habebant, vel habere poterant, exuere; in illisque minimis vniuersa sua Deo consecrabant; sic enim viri perfecti præstant minima, vt in minimis totum præstare vidantur.

Ait Deus Abrahamo: Circumciderit in vobis omne masculinum, & circumcideris carnem præputij vestri, Genes. 17. num. 10. Per peccatum primus parens subiecit se, ac totum suum semen diabolo; instituit Deus circumcisionem in signum fœderis, ac populi distinctiui Dei, vt per illam Abrahamus cum toto suo semine antiquam seruitutem videretur exuere, & se totum Dei obsequio dedicatum, monstraret, sed cur ad hanc totam subiectionem indicandam quædam minima particula corporis designatur? cur non potius instituitur aliquod signum, quod in toto hominis corpore appareat? Loquebatur Deus cum Abrahamo, & qui spiritu Dei aguntur, sic minima tanto affectu præstant, vt in minimis omnia sua præstare videantur, ac sic huiusmodi viri tanto animo minima sua exuunt, ac si ibi vniuersa sua depellant. D. Athanasius in Catena Græca ad cap. 2. D. Luc. Ex quo, ait, audiuit Adam, terra es, & in terram ibis, mori eius, & corrumpi corpus cepit. Et exinde corporis quandam partem, & quidem eius procreatricem multare iussit: prædoli totum esse exuendum. Expende vltima verba.

24. Tertio. D. Hieronymus facit combinationem inter Apostolos, ac Zachæum; sic ait epistol. ad Pamach. Zachæus diues erat, Apostoli pauperes. Diuisit ille medietatem substantiæ suæ, quæ remanserat, suscepit Christum hospitem, salua facta est domus eius, & tamen, quia paruulus erat, & Apostolica proceritati se non poterat extendere, non fuit in duodecim numero Apostolorum, Apostoli autem quantum ad voluntatem totum mundum reliquerunt. Apostoli dicunt: Relinquimus omnia, & secuti sumus te. At Zachæus Luc. 19. num. 8. de se ait: Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus. Apostoli omnia dimittunt, Zachæus verò solam medietatem largitur; cur etiam ad omnia sua largienda non se extendit? Zachæus paruulus erat, cum paruulis detinebatur, & inde medietati suæ substantiæ adhærebat; & ideo supremam omnium rerum renuntiationem non attingebat, ad quam vt ad rem multum arduam soli illi peruenerunt, qui ad Apostolicam proceritatem euecti sunt.

25. Abraham habitauit in terra Chanaan, Lot verò moratur est in Oppidis, quæ erant circa Iordanem, Genes. 13. num. 12. Chaldæus vertit: Lot habitabat in urbibus campestribus. Arias, In urbibus planicie. Cur Abrahamus moratur in terra Chanaan, quæ erat montosa, Lot verò campestris, ac plana eligit? Non omnia possumus omnes. Lot tenet loca plana vt facilia, Abrahamus verò vt præstantiori, ac excellentiori animo præditus loca ardua, & difficilia occupat, ad quæ infirmiores non valent se extendere. D. Hieronymus cit. epistol. ad Pamach. si loquitur ad Abraham: Lot, ait, quod interpretatur declinans, campestris eligat, facilia magis selectetur. Tu in arduis, & saxosis cum Sara tibi monumentum parat.

26. Quartò. Ait Petrus: Relinquimus omnia. Quid Magne Apostole dimisisti, ea nempe quæ erant artis piscatoriæ, & ea, vt ait Chrysothomus in limine quæstionis omnia appellas? Non dixit, reliquimus omnia, quæ habuimus; sed absolute: reliquimus omnia, quod valde amplum importat significatum, & denotat quiddam est in mundo. O quantum vnusquisque ad suas res afficitur, & valde sublime exaggerat, vt quamuis exiguum, & parum sit, veluti quædam pauperula piscatoris supellectilis eam omnia iudicat, & appellat. Vnde ait Seneca lib. 2. de Benefic. cap. 26. Nemo, ait,

13. Genes. 17.

Tanto animo exuat minimum, ac si omnia depellant.

Athanas.

Hieron.

Luc. 19.

Magna solè vir magnus, & non paruulus aggrauatur.

25. Genes. 13. Chald. Arias.

Ad ardua solè vir præstantissimus ascendit.

Hieron.

26. Chrysoth.

Quilibet sua licet minima in magnis aestimat.

Seneca.

non benignus est sibi iudex. Inde est; vt omnia meruisse se existimet. Vide supra, Cap. 30. quæst. 7. num. 40. 41. 42.

27. Liberalis, quod accipiat, in multum, quod datur, vero in paruulum iudicat.

28. Ioan. 12.

Ambros.

Ether. 6. Eth. 12. Magnificus, quod datur, nihil esse dicit.

Quintò. Ait Petrus: Relinquimus omnia habita consideratione, & respectu ad diuinam benignitatem, ac affectum. Nam magnificus, ac liberalis parum, ac exiguum, quod ei offertur, ac ipse accipiat, tanquam magnum, & amplum æstimat; multum vero, quod exhibet, veluti quid minimum reputat; ac proinde quamuis parua essent, quæ Petrus reliquerat, tamen diuinæ benignitati sic grata erant, veluti si omnia reliquisset.

Cum comprehenderetur Iesus à Iudæis: Adolescens quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum; at ille reiecta sindone nudus profugit ab eis, Marc. 14. num. 51. Adolescens iste iam omnia sua reliquerat, & solum vna sindone sibi reseruata Dominum sequebatur, & tamen in tantum periculum deuenit, vt quasi detentus à Iudæis comprehenderetur; quænam ratio tanti discriminis? Adolescens iam viam perfectionis erat ingressus, vt Dominum sequeretur, & quamuis nudus ab omnibus mundialibus rebus, adhuc ex mundo vnâ sindonem retinuerat; & inde in tantum periculum incidit, vt nisi hanc dimisisset, in laqueos inimicorum incidisset; valde enim periculosè viuunt, qui viam perfectionis terunt, & tamen relictis omnibus adhuc non se penitus exuunt, sed vnâ sindonem ad sepulcrum sibi retinent. D. Hieron. ad Fabiolam: Sindone, ait, operatus adolescens vinculum Dominum sequebatur; incurrisset laqueos; nisi expeditus, & nudus persequentium impetum declinasset. Vnde valde damnandi sunt illi, qui cum sæculo renuntiant, adhuc aliquid sæculi sibi reseruant. D. Basilii Patritio cuidam capessenti vitam religiosam, quædam sibi reseruanti dixit: Senatorem perdidisti, & Monachum non fecisti. Vt refert Callianus. Vide supra cap. 22. num. 40. 41. & 42.

Gen. 15.

Leuit. 1.

Glossa Interlin. Isidor. Rupert.

Perfeci non diuiduntur.

Theodor.

32.

Marc. 14.

Qui mundum ex toto non relinquit, periclitatur.

Hieron.

Basil.

Cassian.

QVÆSTIO V.

Quare Petrus non ait: Relinquimus aliqua, sed omnia?

29. Animus perfectus se integrum Deo offert. 1. Thess. 5.

Cornel.

30. Gen. 3. Qui omnia sua dimisit dignus, vt à Deo exaudiat.

31.

Alde confidenter ait Petrus: Relinquimus omnia, non vero aliqua, nam animus perfectus omnia pro Deo dimittit, nil sibi reseruat, sed totum Deo consecrat, & dedicat. Ait Paulus ad Thessalonicen. 1. cap. 5. n. 22. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia; vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela seruetur. Integer spiritus, vox Græca correspondens habet, vt notat Cornelius à Lapide, Spiritus perfectus absolutus cum omnibus suis partibus, vt talis spiritus, & non diuisus in aliquo minimo sit totus in Dei obsequio.

Ait Deus ad Caïn: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, Genes. 4. num. 10. Cur verò sanguis effusus in terra clamat, non verò ille, qui in corpore recludet? Sanguis in corpore, quamuis vitam dimisisset, suum tamen proprium locum retinebat in venis, ac arteriis; at vero sanguis in terra vtrumque dereliquit; sanguis ergo, qui sui totum, vitam scilicet, ac locum dimisit, dignissimus, vt ad Deum clamaret, ad sui que vocem Deum inclinaret, ac traheret.

Mandat Deus Abraham: Sume, inquit, mibi vacam vniuersam, & capram trinam, & arietem amo-

QVÆSTIO VI.

Quare Petrus ait: Relinquimus omnia; cum ipse dicitur habuisse domum, & socrum?

IN limine huius quæstionis notandum est, quod Petrus de se, ac suis Cooperatoribus valde confidenter, ait: Relinquimus omnia, & tamen in Collegio Apostolico aderat Iudas, qui non solum sua non reliquerat, sed etiam aliena rapiebat: Fur erat, loculos habens, Ioan. 12. num. 6. Eximia tamen virtus Petri ex sua magna probitate, ac sinceritate alios iudicabat. Pro quo vide multa. Verb. Iudicare, in Indice. Vel quia nulla est tam magna celsitudo, quæ suam non habeat annexam aliquam deiectionem, ac humilitatem. Petrus à Christo D. beatus

33.

Ioan. 12. Petrus ex se iudicat de aliis.